Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift



19

id msignia eius merita. poscebant id cure labores et vigilie
omni tempore pro mor rupte religionis metu. Non enim
aliter esse potuisset de tam integro et consumato erga deū
viro. Non indiget profecto laudatore atq; enarratore gestarū
rerum. is qui ita se gessit vt opera ab se pklam editi multis
locis testimonio sunt. et cuius vite rumor in exemplar venerit.
Refero vera pater sctissime. non vana loquor. non vtor carmine
ficto. Nosunt enim preclara et non vulgaria monimēta. et sic res
ipsa fidem verbis prestat. Singulare monumētum reguberti
de probatissima leopoldi vita. de sanctissimis moribus extat. nec
non in cenobio claustriburgensis vetustis inspicitur codex. in
quo leopoldor familia summa cū veneratione. et papie pre
sentis leopoldi natalis dies tenorq; vite legitur. et mōsterio
nouimontis altero martini codice predicator ordinis per tem
porum digestionem cofecto. plurima de leopoldo commemo
rantur. Idem testatur andreas amalii cristianor conditor.
Sic et in alio codice mōstern nouiburgensis heroico exametro
et carmine dactilico multa huiusmodi referuntur. Sic et
in cenobio celmensi cisterciensis ordinis liber seruatur. in q
miracula istius inclyti viri leguntur. Idem non preterit
honorius non vulgaris auctor in monumentis monasterij
celle marie. Quid referam de libro temporū. que de rebus
austrie haselpach theologus non mediocris digessit? Quid
de vetusto codice nuperrime reperto in bibliotheca posoniensis
oppositi. cuius locupletissimus testis accedit reuerēdissimus dns
cardinalis sancti marci. cui cum tempore sixti predecessoris
sanctitatis vestre legatus pannonijs presideret. leopoldi vita
eiusq; mores integerrimos inspiciendi cura demandata. Quid
de pij secundi predecessoris ecia sctitatis vre summe doctrine
veri historiar auctoris. et vetustatū rerum indagatoris acer
rimi. historia de principibus austrie eo ueriore. quo ab hoc
vltime dignitatis. et pene in terris diuie conscripta dicam?
Multa ille equidem de eodem leopoldo grauiter ornate et
accumulatissime vt sui moris erat conscripsit. Jam hales
beatissime pater de vita leopoldi moribus ac sanctissimis
institutis et gubernandi suos probatissima ratione. que
non sine magna laude viuens exegit. et quanti pontifi
ces predecessores tui cum fecerint. innocentius maxime